



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Historia anni M. CC. vsque ad CCC. Capvt XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

CHRONICA

ad aluearium virtutum, plurima religiosorum
conuolauit multitudo: estque hoc nostro sæculo
in adiutorium Lewardiensis episcopi, hortus ille
in Cathedrale Collegium mutatus. Obijt funda-
tor vir miræ pietatis anno 1175. Quem annis de-
inde octo secutus est Bernardus pœnitens ad S.
Bertinum in *sithiu* monachus: cuius memoria in-
cidit in xix. Aprilis. Prior his omnibus est Gerui-
nus secundus abbas in *Aldenburg*: cuius memo-
ria est in benedictione: quam accepit à iusto red-
ditore anno c. 1150. c. xvii. Anno xlviii. eius-
dem sæculi ex Palæstina Brugas allatus est San-
ctus Domini nostri Iesu Christi crux, per Theo-
doricum Alsatium Comitem,

Historia anni c. 1150. cc. usque ad ccc.

C A P V T xxvii.

Altro deinde sæculo non minus celebres a-
liquot in Belgio sancti claruerunt: quorum
breuiter memoria est percurrenda. Oignaci mi-
ra sanctitate claruit beata Maria reclusa: quam
cognoscere licet ex vita per Iacobum Vitriacum
Cardinalem, Oigniacensem religiosum, conscri-
pta. Mortalitatis autem huius onus exuit anno
millesimo ducentesimo decimo tertio. Beata ve-
rò Maria, quæ dolorosa appellatur, tametsi eo-
dem obijt sæculo, multo tamen est posterior: mi-
gravit illa martyr ad sponsum suum anno millesi-
mo ducentesimo nonagesimo. Venerabilis Mar-
garetula anno eiusdem sæculi vigesimo quinto
martyrium est Louanij perpessa, Achas puer
Thoroltanus anno vigesimo ad coronam cælestis
gloriæ vocatur. Iuetta apud Huyum reclusa anno
vigesimo septimo: qua uno tantùm anno poste-
rior

rior est Arnulphus *Cornibaut* religiosissimus in Villario monachus. Quorum omnium sanctitas gloriose miraculorum testimonio quanti sit apud Deum significatur. Viguit etiam apud Leodium Theobaldus archidiaconus sanctissimus, qui cum fidei ardore animatus cum Catholicis aduersus Saracenos exiunisset, absens & extra Cardinalem collegium in Pontificem Romanum est assumtus, dictusque Gregorius X. Is cum videt deret ciuitatem atque Imperium Constantinopolitanum Catholicorum armis anno 88. cc. IV. recuperatum, & Flandrorum Imperatorum diligentia ad sedis Apostolicæ obedientiam reductum, à Schismaticis Græcis iterum esse occupatum, Lugdunum conuocatis principibus Catholicis passagium in terram sanctam ordinavit, Cuius à barbaris occupata tanto iustior eum tangebat dolor, quanto erat altiori loco in sorte Dominica constitutus. Sed obiit re non perfecta, anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto. Paullo post apud Brugas ad Dominum migravit sanctus Torphimus Hamariæ in Norwegia episcopus: qui pro iure ecclesiæ de terra sua exstil, eo loco finem peregrinationis accepit octaua Ianuarij, anno huius saeculi octuagesimo quarto. Antiquior est sancti Simonis memoria: qui vitam verè sanctam in Alna monasterio duxit. In tantum sanctitate præfulgens, ut cum conuersus esset & opilio, ad Lateranense tamen Concilium fuerit ab Innocentio tertio vocatus, anno decimo quinto saeculi. Atque in eodem cœnobio anno nono Werr cus prior sanctissimus animam Deo reddidit. Floruit etiam tunc in Aquiria Brabantia monasterio sancta Lutgardis virgo, miracu-

CHRONICA

lorum donis & spiritu propheticō clara: quæ fe-
lici ex hac vita transitu est consummata, anno qua-
dragesimo sexto. Apud Hasbanos Christina vir-
go, propter vitæ sanctimoniam mirabilis dicta; &
beatus Bonifacius Bruxellensis, Lausanensis epi-
scopus, cumque eo Aleidis de Scarenbeka, ambo
in Camera beatæ Mariæ apud Bruxellam: & Ge-
orgius justus in Biervliet celebrabantur. Verū
nè nimis felix hoc sæculum esset, atque ut proba-
rētur electi, hæresim permisit Dominus Wilhelmi
Cornelij: qui Antwerpia à nimia paupertatis
commendatione, sanctitatis praetextu, virus semi-
nauit. Non diu tamen, detecta fraude, falsa do-
ctrina latuit. Quam penitus etiam obscurauit
gloriosa festiuitas in honorem corporis Dominici
apud Leodijm instituta. Reuelata ea primum fuit
Iulianæ virginis Cornelensi: deinde etiam alijs
religiosis in Belgio feminis. Tandemque per Ia-
cobum de Trebis archidiaconum, Leodij res ad
exitum est perducta. Qui, cùm postea ex patriar-
cha Ierosolymitano Pontifex Romanus esset re-
nunciatus Urbanus IV. generalem hanc festiuita-
tem in ecclesia Dei esse voluit; eiique celebrandæ
à D. Thoma Aquinate conscriptum officium po-
pulis Christianis proposuit. Moritur sancta virgo
Iuliana anno millesimo ducentesimo quinquage-
simō septimo.

*Qui sancti in Belgio floruerint ab anno c. 10. ccc.
Usque ad cccc.*

C A P. XXVIII.

Sequenti deinde sæculo pristinus fidei feruor
in Belgica Germania nihil remissior, præ-
clarissimos Deo peperit amicos. Gerardus, ma-
gnus